1824.

qdu/0010

Sch. Pr.
13.

S. Pr. 13
2/6

# SOLEMNIA

GYMNASII REGII DÜSSELDORPIENSIS

D. D. IX. & X. Septembris

Horis antemeridianis IX. — XII.

et

Horis postmeridianis III. — VI.

in

MUSEO HUJUS URBIS CELEBRANDA

INDICIT

JO. H. TH. BRÜGGEMANN,

GYMNASII REGII PROFESSOR & DIRECTOR II.

PRAEMITTUNTUR

## OBSERVATIONES

IN

## TACITI AGRICOLAM.

*Specimen primum.*

*Düsseldorpii.*

*In officina J. C. Dänzer.*

MDCCCXXIV.

HT008128502

S. Pe. 13

Landes= u. Stadt=
Bibliothek
Düſſeldorf

Cum Taciti Agricolam, pulcherrimum pietatis monumentum, his mensibus praeterlapsis primae classis alumnis explicabam, Tacitique interpretes in contrarias discedentes videbam sententias de tempore, quo hunc libellum Tacitus scripserit, (alii enim hunc primo loco ponunt, alii ultimum, quem composuerit, fuisse putant,) id mihi examinandum atque expediendum sumseram, utrum ex Taciti scriptis nobis traditis accuratius illud tempus definiri posset, necne. Cum vero rei difficultatis causa quaestionem institutam nondum ad finem perduxi: hanc quidem in aliud tempus differendam, neque tamen Agricolam deserendum putavi, sed de nonnullis locis, quae et ipse sentirem, afferre statui.

Multa et in ceteris Taciti scriptis et in Agricolae vita melius corrigenda, rectius explicanda adhuc exstant, ut, si cui otium et vires suppetant, operam perdidisse non possit videri, qui omne studium

in Taciti scriptis emendandis et explicandis ponat.

Agricola novissime editus est a D. Godofr. Seebodio, Viro Clarissimo; cumque hic acri in dijudicanda lectionum varietate judicio usus multa probe mihi edidisse visus sit, hujus viri editionem, quae Hannoverae 1815. prodiit, ita sequutus sum, ut lectiones ab eo receptas vel defenderem, vel, si quid mutatum vellem, causas, cur vellem, adderem.

Praeterea ad manus erant editiones Bipontina et Oberlina, versiones Germanicae Schlüteri et Doederlini, hujusque Emendationes et Observationes in Taciti Agricolam. Acta Monac. T. II. Fasc. III; quod indicandum putavi, ne, si quid post alios monuerim, id sciens fecisse videar.

Cap. I.

At mihi, nunc narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit: quam non petissem, ni incusaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora.

*Cursare* tempora pro *describere* tempora, res gestas enarrare, nemo unquam dixit, et sensui hujus loci minime aptum est; quare plurimarum edd. vett. lectio *cursatarus* rejici debet. Aldina et Rhenana *incursaturus.* Semper hoc verbum Tacitus cum Accusativo conjungit. Ann. 13, 37. Tuncque primum inlecti Insechi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit. Hist. 3, 18. Nutantem aciem victor equitatus incursat. Ann. 15, 1. Eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur. Agricola c. 36. ac saepe vagi currus — transversos aut obvios incursabant. — Est igitur *incursare*: incurrere in aliquid, illidi ad aliquid, aggredi aliquem, aliquid. Quaenam fuerint tempora illa tam saeva atque infesta virtutibus, caput secundum satis

declarat, Domitiani scilicet tempora. Jam quid impedit, quo minus *incurſaturus* eo accipiatur sensu: ni, dum Agricolae vitam enarro, Domitiani tempora reprehensurus, accusaturus essem? Et haec tempora satis vehementer accusat (cf. c. 2. c 39—43.), ut editoribus Bipontinis assentire non possim, vehementius esse incursare, quam quod Tacitum deceret aut ei concessum foret. Quod si cui persuaserint Bipontini, ei in Lipsii conjectura *incuſaturus*, quae eundem fere sensum praebet, acquiescendum erit.

De venia Doederlini sententiae accedere non possum. Quid enim? Ne verbo quidem innuit Tacitus, sibi ideo veniam opus esse, quia soceri, quia divitis clarique viri vitam narraturus sit. Cur veniam sibi petat, ejus rei causa verbis illis expressa esse debet, quae scriptor addidit verbis *mihi, narraturo.* Haec sunt verba *nunc, defuncti hominis.* Quare hic mihi hujus loci sensus esse videtur: at mihi, qui nunc i. e. nunc demum, non meam, sed alius,

non viventis, sed defuncti viri vitam narraturus sum, venia opus est. Priores enim aut suam, aut aequalium, aut defunctorum vitam statim poot discessum eorum narrare solebant. Quod vero nunc hac mihi venia opus est, id in infestis virtutibus temporibus situm est, quibus diem supremum obiit Agricola. Tum temporis vitae periculum afferebat, si quis praeclarum virum laudaret; quare meliora, haec Trajani tempora, mihi expectanda erant. Ita aptissimum haec verba sensum praebent, apteque transitum parant ad caput secundum.

## Cap. III.

Nunc demum redit animus; *et* quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu, Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie *facilitatem* imperii Nerva Trajanus, nec spem modo ac votum Securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur assumserit: natura tamen infirmi-

tatis humanae tardiora sunt remedia, quam mala etc.

Editores Bipontini pro *et* quamquam emendant *sed* quamquam. Hanc emendationem merito Oberlinus et Seebodius rejecerunt. Constat enim *et* apud Tacitum et apud alios etiam scriptores (cf. Beier ad Cic. Off. III, 6.) saepe idem valere quod *sed*. Hujus usus causa in eo mihi sita esse videtur, quod scriptor priorem sententiam scribens, nondum se huic alteram oppositurum esse cogitat, ut adversativam sententiam particula conjunctiva adjungat tantum; quare nunquam particula *quidem* praecedit; cf. exempla, quae Ernestius V. C. congessit Ann. 5, 3. Quodsi Tacitus scripsisset: Nunc demum redit quidem animus, dicendum erat *sed quamquam*. Eodem modo *que* pro *sed* utuntur Latini, (Cic. Off. I., 7. non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici.) et *poticusque* pro *sed potius*.

Deinde *facilitatem imperii* unice probandum puto. Id enim dicit Tacitus, priorum Caesarum imperia dura et crudelia fuisse, ut miserrimam vitam viverent homines; nunc vero, cum libertas amissa nunquam restitui possit, facillimum esse Trajani imperium, quod facilem i. e. satis commodam vitae conditionem omnibus afferat.

## Cap. IV.

Memoria teneo, solitum ipsum narrare, se in prima juventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset.

*Ultra quam etc.* Haec verba indicant, cur *acrius* illud philosophiae studium nominet; non enim pro philosophiae dignitate acrius erat, sed pro more Romanorum ac senatorum. Lipsii igitur conjectura *ultraque* improbanda est. Quod si

cui verba *acrius ultra quam* aliquid offensionis habent, huic auctor essem, ut verbum *acrius* e textu ejiceret, (quod glossema verbi *ultra* haberi posset) ni omnes edd. vett. hoc verbum tuerentur.

## Cap. V.

Electus, quem contubernio aestimaret.

„Credo, subaudiri dignum.“ Oberl. Sed quis ita loquitur? Non eligimus aliquem, ut eum aliqua re dignum aestimemus, sed quem dignum putamus, eum eligimus. Alia igitur explicandi ratio ineunda, aut verbum *aestimaret* in suspicionem vocandum est.

Quem in contubernium assumtum exploraret: ita Ernestus. Sed ne haec quidem explicatio satis apta videtur praecedenti participio *electus*, quare locum corruptum puto et legendum propono: quem contubernio *honoraret*, nisi Tacitus *aestimare* hoc sensu dixit.

## Cap. V.

**Nihil appetere jactatione, nihil ob formidinem recusare.**

Vellem Seebodius recepisset *in jactationem.* Praeter locos c. 18 et 24, a Doederlino V. Cl. laudatos, comparari potest c. 8: nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit — Deinde eodem capite verecundia in praedicando a Tacito laudatur.

**Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur — tamen et usum et stimulos addidere juveni.**

Lectionem vulgatam *artem et usum* quam Lipsius in *attamen et usum* mutatam volebat, Seebodius in *tamen et usum* mutavit, puto, propter particulam *etsi*; nam, si sensum spectas, *artem* non modo non inepte, sed aptissime additum est.

Sed quo minus Seebodio assentiar, re tinet me verborum structura, in qua particulam *tamen* non desidero: Quae cuncta artem et usum et stimulos addidere juveni, etsi consiliis ductuque alterius

agebantur. Et nonne apud Ciceronem quoque interdum *tamen* deest, praecedente particula concessiva? (Phil. 4, 5. Edit. Wernsd.)

## Cap. VI.

Ludos et inania honoris modo rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior.

Quam hoc loco proponunt viri docti emendationem *moderationis atque abundantiae* duxit sc. rem, ideo improbandam esse puto, quia verba *uti longe a luxuria, ita famae propior* ad verbum referri non possunt, quod significat *putavit*. Non enim ideo, quia putavit ludos moderationis atque abundantiae rem esse, longe a luxuria et famae propior erat, sed quod in ludis edendis in neutram partem modum excedebat. Igitur verbum *duxit* corruptum habendum est, cum ludos ducere ne Tacito quidem concedere volunt interpretes. Fortasse legendum est: ludos — *dedit*, vel *instruxit*.

## Cap. VIII.

Temperavit Agricola vim suam, ardoremque compescuit, ne incresceret; peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere.

Ne incresceret — non vis, ardor, sed ne Agricola ipse incresceret. Quid enim? nonne pleonasmus quam maxime vitiosus his verbis inesset: ardoremque compescuit ne ardor incresceret. Neque alia est causa cur quis ardorem compescat, quam ne increscat; et Tacitus verborum tam parcus est, ut non addidisset quod melius abforet. Igitur ne ipse incresceret, ardorem compescuit, quod facile perfecit, cum peritus esset obsequi, eruditusque utilia honestis miscere. Nam etsi honori ei esset, Bolano se majorem videri, id tamen utile hoc tempore non putabat.

## Cap. IX.

Tristitiam et arrogantiam et avaritiam exuerat.

Tacitus hoc loco non Agricolae indo-

lem atque ingenium describit, sed qualis fuerit, cum provinciae praepositus esset. Ergo plusquamperfectum *exuerat* referendum est ad *ubi officio satis factum*; tum exuerat tristitiam etc., qua potestatis persona induta fuerat. Praeterea *exuere* semper significat deponere aliquid, quo quis indutus erat, nunquam vero carere aliqua re. An 1, 4. Omnes, exuta aequalitate, jussa Principis aspectare. cf. Ind. editionis Oberl. qui tamen h. l. *exuerat* explicat: plane omni carebat avaritia etc. Quam vero intelligat arrogantiam et avaritiam, optime explicat Doederlinus. Act. Monac. II., 3. p. 367.

## Cap. X.

Dispecta est et Thule, quam hactenus nix et hiems abdebat.

Hanc Rhenani correctionem Seebodius recepit et Doederlinus probat in notis, quas adjecit Versioni germanicae p. 53. Etsi editorum Bipontinorum emendationem: dispecta est et Thule quadamtenus: nix et hiems

appetebat: sed mare pigrum etc. nullo modo probo, (nescio enim quid sibi velint verba *nix et hiems appetebat* quae tam parum cum ceteris verbis cohaerent, ut melius abessent) tamen ne illa quidem correctione locum sanatum esse puto. Quomodo enim hactenus i. e. ad id tempus nix et hiems eam Romanis abdebat, qui tum primum hanc oram novissimi maris classe circumvecti erant? Igitur rectius puto, vulgatam retineri, quae ne ipsa quidem omni sensu destituta est, donec meliores aut codices aut editiones hunc locum ita sanant, ut omnes explicandi tollantur difficultates.

## Cap. XV.

Aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subjectis exitiosam.

Hoc loco facile quis conjiciat, verbum *aeque* concordiam in *atque* concordiam mutandum esse, sed obstat Horatii locus Ep. I. 1, 15. Aeque pauperibus prodest, locu-

pletibus aeque. Etsi haec dicendi ratio logicae regulis adversari videtur, simili tamen dicendi usu defenditur, ni Bentleio assentiaris corrigenti, ubicunque Horatius iterat praepositionem *inter*.

Dicunt Latini

| | | |
|---|---|---|
| aeque | . . | † |
| aeque | . . | et (aeque—que) |
| æeque | . . | cum |
| aeque | . . | ac s. atque |
| aeque | . . | ut |
| aeque | . . | quam |
| aeque | . . | Ablat. |
| aeque | . . | aeque. |

Aeque, nulla sequente particula, Latini dicunt, si comparatio praecedentibus verbis innuitur et supplenda est. Cic. Ep. 5, 21. Nemo erat, quicum essem libentius, quam tecum, et pauci, quibus aeque libenter, sc. atque tecum. Eodem modo *idem* dicitur, nulla sequente verbis expressa comparatione.

*Aeque — et* tum utuntur Latini, si duobus rebus vel personis, particula *et* conjunctis, eodem modo aliquid esse aut non esse dicunt. Cic. Tusc. Disp. II., 26. Itaque Africanus semper Socraticum Xenophontem in manibus habebat. Cujus imprimis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non esse aeque graves imperatori et militi; i. e. si imperatorem et militem spectas, labores eis non aeque graves esse invenies. Eodem modo dicitur: Idem tibi et mihi prodest.

*Aeque — que* me legisse memini, etsi nullum hodie hujus usus exemplum afferre possum. Sed quid impedit, quo minus Romanos dixisse putemus: — eosdem labores non aeque graves esse imperatori militique? Simillimum est, quod Tac. Ann. I, 76 legitur: Renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens.

Ut Latini pro dux et milites — dux cum militibus dixerunt, ita pro aeque—et invenitur *aeque — cum.* Plaut. Asinar. 314.

ed. Both. Animum adverte, ut aeque mecum haec scias. Sed rarissima sunt hujus usus exempla, quia non satis accurate intelligitur, quonam *aeque* referendum sit, num ad *mecum* an ad aliud verbum supplendum. Eadem occurrit apud Tacitum constructio Ann. 5, 2.: eodem mecum patre genitum. Alterum hujus constructionis nondum inveni exemplum.

Quae semper fere verbum *aeque* sequi solet particula, ea est ac s. atque, quae, quod diversi est generis, ita conjungit, ut prius comparetur illi, cui praeponitur ac s. atque. Corn. Nep. Eum. 5. Eumenes jumenta aeque nitida ex castello eduxit, ac si in campis ac planis ea locis habuisset. — Civibus victis ut parceretur aeque ac pro mea salute laboravi. Cic. — Quantopere quis pro sua salute laboret, omnibus notum: tantopere se pro victorum salute laborasse dicit.

*Aeque — quam* serioris aevi proprium est. Suet. Claud. 35. Nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Ita poetae com-

parativo *ac s. atque* pro *quam* conjungunt.

*Aeque* sequente Ablativo apud Plautum invenitur Amphitr. 40. ed. Both. Nullus est hoc meticulosus aeque.

*Aeque — ut* permixtio est duarum constructionum. Ut *modo — nunc, pars — alii*: ita *aeque — ut* pro *ita — ut* s. *eodem modo — quo*. Cic. Phill. XII, 12. Possumusne igitur in Antonii latrocinio aeque esse ut hi? Sed hoc loco Wernsdorfius recepit: aeque esse tuti?

*Aeque — aeque* etsi rarissimum, non tamen dicendi usui abjudicandum est, cum similes inveniantur repetitiones. Equidem utrumque *aeque* elliptice dictum puto, nostro loco pro: aeque discordiam praepositorum atque concordiam, aeque concordiam atque discordiam subjectis exitiosam esse, quod brevius sed fortius dictum est per aeque—aeque. Ita pro alius hunc alius illum dicebant Latini alius alium, et simili non plane eodem modo

repetebant praepositionem inter, ejusmodi repetitionibus satis adsuefacti.

## Cap. XVI.

tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat.

Cum *proprius*, quod Rhenani editio exhibet, ad sensum aptissimum sit, et alio loco defendatur (Ann. 3, 67. Nescius orandi et proprio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat) id errori typographico deberi non puto, sed Taciti agnosco manum. Proprius autem metus ad eos pertinet, qui alios instinguendo defectionis auctores fuerant, quos propria adhuc manebat poena, quare proprio quoque timore agitabantur.

Didicere jam barbari quoque, ignoscere vitiis blandientibus.

Delendum est comma post *quoque*; pejor et ad sensum perversa est interpunctio, quae in editione Oberl. post *ignoscere*

exstat. Cui enim ignoscere didicerunt nisi vitiis blandientibus? cf. c. 21. extr.

Ac velut pacti, excercitus licentiam, dux salutem. Haec seditio sine sanquine stetit.

Probanda certe est interpunctio editionis Oberl.: ac velut pacti (sc. essent) exercitus licentiam, dux salutem, haec seditio sine sanquine stetit. cf. Doed. l. c. p. 367.

Cap. XVIII.

et, quibus bellum volentibus, erat, probare exemplum, aut recentis legati animum operiri.

Hoc quoque loco Doederlini sententiae accedo, vulgatam *ut quibus* rectius a Lipsio mutari in *ut quibusque*, quam ex Ms. Vat. in *et quibus*. Ann. 1, 59. ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur.

## Cap. XX.

Et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur.

Mirum, quod plerique, qui Agricolam in liguam germanicam verterunt, hunc locum ita intellexerunt, quasi Argicola subitis excursibus effecisset, ut nihil apud hostes quietum esset. Doederlinus recte haec verba vertit. *Nihil quitum pati, quo minus* est: semper lacessendo et irritando hostem impediebat, quo minus hostis de subitis excursibus cogitare posset.

Haec in praesenti typis descripta, quae quam sint levia ipse sentio, Lectores benigne excipiant rogo, meliora allaturus, quum plus otii a negotiis meis nactus fuero.

Jam, quod reliquum est, Patronos Gymnasii nostri amplissimos, omnesque Musarum cultores rogo oroque humanissime, ut frequentes et examini et recitationibus adesse, suaque praesentia splendida alumnis nostris novos stimulos admovere velint.

# Zur Geschichte des Königl. Gymnasiums zu Düsseldorf, aus dem Schuljahre 1823—24.

Die Anzahl der Schüler, welche im letzten halben Jahre die Schule besuchten, war folgende:

| | | |
|---|---|---|
| In | Prima superior . . . | 13 |
| „ | Prima inferior . . . | 22 |
| „ | Secunda . . . . . . | 49 |
| „ | Tertia . . . . . . . | 34 |
| „ | Quarta . . . . . . . | 67 |
| „ | Quinta . . . . . . . | 55 |
| „ | Sexta . . . . . . . | 69 |
| | | 309 |

Die Zahl der in dem verflossenen Schuljahre Abgegangenen beläuft sich auf 57, so dass im Ganzen 366 den Unterricht im Gymnasium genossen haben.

Folgende haben die Schule verlassen, ohne zuvor die gesetzliche Anzeige davon zu machen, oder von ihren Lehrern Abschied zu nehmen:

Aus Sexta: Joseph Schröder aus Düsseldorf. Peter Sabel aus Carten.

Aus Quinta: Julius Gerst. Anton Schmitz aus Düsseldorf.

Aus Quarta: Joseph Müller aus Düsseldorf.

Aus Secunda: Peter Becker aus Düsseldorf.

Aus Prima inf.: Jac. Heilgers aus Jülich.

---

## Verzeichniss

der Gymnasiasten, welche im Schuljahr 1823—24 aus den beiden obern Klassen abgegangen sind.

I. Aus Secunda:

1) Matthias Frank aus Crefeld, 19 Jahr alt, 2 Jahr auf der Schule, kehrte in seine Vaterſtadt zurück, um nach einem halben Jahre die Univerſität zu beziehen.

2) Reinold Müller aus Lüttringhausen, 20 Jahr alt, 1½ J. auf der Schule.

3) Joseph Müller aus Düsseldorf, 18 Jahr alt, 9½ J. auf der Schule, trat Michaelis 1823 sein Dienstjahr an.

4) Heinrich Arenz aus Düsseldorf, 20 J. alt, 8½ J. auf der Schule.

5) Peter Becker aus Düsseldorf, 20 Jahr alt, 5½ J. auf der Schule.

6) Gustav Schulz aus Bochum, 17 Jahr alt, ½ J. auf der Schule, kehrte zu seinen Eltern zurück.

7) Nic. Steiner aus Achen, 20 Jahr alt, $1\frac{1}{2}$ J. auf der Schule, kehrte zu seinen Verwandten nach Essen zurück, um auf dem dortigen Gymnasium seine Studien fortzusetzen.

8) Franz Burgmüller aus Düsseldorf, 19 Jahr alt, 5 J. auf der Schule, wird sich dem Militairfache widmen.

II. Aus Prima inferior:

1) Wilh. Prisack aus Neuss, 20 Jahr alt, 2 J. auf der Schule, ging ohne sich hier der Abiturientenprüfung zu stellen nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren.

2) Carl von Quadt aus Ansbach, 21 Jahr alt, 1 J. auf der Schule.

3) Gustav Brüning aus Elberfeld, 19 Jahr alt, 2 Jahr auf der Schule, begab sich nach Dortmund, um dort seine Studien fortzusetzen.

4) Heinrich Schnabel aus Düsseldorf, $19\frac{1}{2}$ Jahr alt, $4\frac{1}{2}$ J. auf der Schule; er verliess dieselbe, um sich dem Baufache zu widmen.

5) Levin Hardung aus Düsseldorf, 18 Jahr alt, 8 J. auf der Schule, trat Ostern sein Militairjahr an.

6) Ant. Nücker aus Achen, 19 Jahr alt, 2 J. auf der Schule, trat Ostern sein Militairjahr an.

7) Carl Koch aus Wevelinghofen, 17½ Jahr alt, beinahe 2 J. auf der Schule, ging nach Soest, um auf dem dortigen Gymnasium seine Studien fortzusetzen.

8) Jos. Custodis aus Düsseldorf, 17 Jahr alt, verliess die Schule, um sich dem Baufache zu widmen.

9) Wilh. Mattheissen aus Uedesheim, 21 Jahr alt, 3 J. auf der Schule, ging ohne sich der Abiturientenprüfung hier zu stellen nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren.

10) Jacob Heilgers aus Jülich, 19½ Jahr alt, ½ J. auf der Schule.

11) Joseph Dückers aus Viersen, 23 Jahr alt, 2 J. auf der Schule, ging ohne sich hier der Abiturientenprüfung

gestellt zu haben, Ostern nach Bonn, und studirt daselbst Theologie.

12) Peter Peters aus Gladbach, 21½ Jahr alt, 1½ Jahr auf der Schule, ging Ostern, ohne sich der Abiturientenprüfung hier gestellt zu haben, nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren.

III. Aus der Prima superior;

1) Fr. Wilh. Laufs aus Odenkirchen, 20½ Jahr alt, 2½ J. auf der Schule, 2 J. in Prima, verliess Ostern die Schule mit dem Zeugniss Nr. I. und studirt seitdem in Bonn Theologie.

2) Godfried Deycks aus Düsseldorf, 20 Jahr alt, 4 J. auf der Schule, 2½ J. in Prima. Er ging um Ostern mit dem Zeugniss Nr. I. von dem Gymnasium ab, und studirt in Bonn Mathematik.

3) Franz Brüggemann aus Soest, 18½ Jahr alt, 6 J. auf der Schule, 2½ J. in Prima. Er erhielt bei seinem

Abgange um Ostern das Zeugniss Nr. I., und studirt seitdem in Bonn Philologie.

4) Robert Lüttringhausen aus Odenkirchen, 18 ½ Jahr alt, 3 J. auf der Schule, 2 J. in Prima, ging um Ostern mit dem Zeugniss Nr. I. nach Bonn, um Mathematik zu studiren.

5) Friedr. Dilthey aus Rheydt, 18 ½ Jahr alt, 3 J. auf der Schule, 2 J. in Prima. Er erhielt um Ostern das Zeugniss Nr. II. mit Auszeichnung, und studirt seitdem in Bonn Mathematik.

6) Florian Jansen aus Düsseldorf, 20 Jahr alt, 6 J. auf der Schule, 2½ J. in Prima. Er erhielt bei seinem Abgange um Ostern das Zeugniss Nr. II. mit Auszeichnung, und wird in Bonn Philologie studiren.

7) Julius Hecker aus Elberfeld, 17 ½ Jahr alt, 1½ J. auf der Schule und zwar in Prima, erhielt bei seinem Abgange um Ostern das Zeugniss

Nr. II. mit Auszeichnung, und studirt in Bonn Jurisprudenz.

8) Carl Schneider, 19½ Jahr alt, 8½ J. in der Schule, 2½ J. in Prima. Mit dem Zeugniss Nr. II. ging er Ostern nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren.

9) Godfried Schlechtendahl, 20 Jahr alt, 2½ J. auf der Schule, 2 J. in Prima. Er erhielt bei seinem Abgange um Ostern das Zeugniss Nr. II, und ging nach Tübingen, um daselbst Jurisprudenz zu studiren.

10) Julius Richter, 18½ Jahr alt, 6½ J. in der Schule, 2 J. in Prima. Mit dem Zeugniss Nr. II. ging er Ostern nach Breslau, um daselbst Jurisprudenz zu studiren.

11) Joseph Obrien aus Düsseldorf, 20 Jahr alt, 7 J auf der Schule, welche er Michaelis 1823. verliess, um in Köln Theologie zu studiren.

12) Reinert Winkes aus Gladbach, 23 Jahr alt, 2½ J. auf der Schule und

zwar in Prima, kehrte in seine Vaterstadt zurück.

13) Gustav Forstmann, 20 Jahr alt, 2 J. auf der Schule und zwar in Prima. Er geht mit dem Zeugniss Nr. I. nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren

14) Fr. Wilh. Wülfing, 19 Jahr alt, 2½ J. auf der Schule, 2 J in Prima. Er erhielt das Zeugniss Nr. II. mit Auszeichnung, und wird in Bonn Theologie studiren.

15) Wilh. Coenen, 20 Jahr alt, 3 J. auf der Schule, 2 J. in Prima, geht mit dem Zeugniss Nr. II. mit Auszeichnung nach Bonn, um daselbst Theologie zu studiren.

16) Wilh. Weiler, 17 Jahr alt, 2 J. auf der Schule, 2 J. in Prima. Mit dem Zeugniss Nr. II. mit Auszeichnung entlassen, wird er sich nach Bonn begeben, um daselbst Jurisprudenz zu studiren.

17) Philipp Beckers aus Neuss, 18 Jahr alt, 2 J. auf der Schule, 2 J. in Prima. Er erhielt das Zeugniss Nr. II., und wird, wenn seine Gesundheit wieder hergestellt ſeyn wird, in Bonn Jurisprudenz studiren.

18) Heinrich von Ammon, 19 Jahr alt, 9 J. auf der Schule, 2 J. in Prima, wird mit dem Zeugniss Nr. II. entlassen, und nach beendigtem Dienstjahre in Bonn Jurisprudenz studiren.

19) Gustav von Ammon, 19 Jahr alt, 5 J. auf der Schule, 2 J. in Prima, geht mit dem Zeugniss Nr. II. nach Bonn, um daselbst Jurisprudenz zu studiren.

20) Albert Bunge, 19 Jahr alt, 3 ½ J. auf der Schule, 2 J. in Prima. Mit dem Zeugniss Nr. II. entlassen, wird er sich nach Bonn begeben, um daselbst Jurisprudenz zu studiren.

---

## Uebersicht
des im verflossenen Schuljahr ertheilten Unterrichts.

### A. Sprachen.

I. Griechische Sprache. In 5 Klassen.

1 sup.) Plat. Protagoras. Euthyphron. Demosthenis Orat. in Philippum I. Olynth. 1. 2. 3. Orat. de pace. Grammatik und schriftliche Uebungen. 4 St. Brüggemann.

Sophoclis Oedipus Col. Antigone (mit der prim inf. combinirt) 3 St. Brüggemann.

1 inf.) Auszüge aus Xenoph. Memorab. Plat. Criton und Apologia nach Jacobs Socrates. — Herodot Lib. VI. und VII. bis in die Mitte, cursorisch. Grammatik und schriftliche Uebungen. 4 St. Dr. Hildebrand.

2) Xenoph. Anab lib. IV. V. Hom. Odyss. lib. IX—XIV. — Herod. lib. II. mit einigen Auslassungen, cursorisch. Grammatik und schriftliche Uebungen. 7 St. Dr. Crome.

3) Jacobs gr. Element. 2. Curs. Hom. Od. lib. I. Grammatische Uebungen. 6 St. Dr. Hildebrand.

4) Jacobs gr. El. bis zu den unregelmässigen Zeitwörtern. Buttmanns gr. Schul-gr. bis §. 109. incl. Schriftliche Uebungen nach den Paradigmen und leichten Sätzen zur Einübung der Formenlehre. Hr. Grashof.

II. Lateinische Sprache.

1 sup.) Cic. de Orat. Lib. I. Taciti Agricola.—Cic. Quaest. Tusc. Lib. I—IV. mehr cursorisch. Recension der schriftlichen Arbeiten, Extemporalien, Disputation. 7 St. Brüggemann.
Horat. Sat. lib. II. (mit Auslassung der 5. und 7.) Epistolae und Ars poetica. 3 St. (mit der prima inf. combinirt.) Dr. Hildebrand.

1 inf.) Cic. Orat. pro Ligario, pro Milone, pro lege Manil.—Liv. lib. 21 und 22 bis in die Mitte, cursorisch. Recension der schriftlichen Arbeiten, Extemporalien und Recitation. 7 St. Dr. Hildebrand.

2) Cic. Orat. in Catil. pro Archia, pro Ligario, pro Dejotaro. Virg. Aen.

Lib. IV—VII. Liv. lib. VII. VIII. cursorisch. Grammatik und Stilübungen. 10 St. Dr. Crome.

3) Caesar de bell. gall. Lib. I. IV. V. Cic. Cato major et Laelius. — Ovid. Metam. sel. Prosodie mit praktischen Uebungen verbunden. 10 St. Prof. Hagemann.

4) Jacobs und Dörings lat. El. 2 Bändchen p. 31—61. und p. 97—154. Phaedri fab. lib. III—V. mit Auswahl. Prosodie mit practischen Uebungen verbunden. Grammatik nach Grotefend und schriftliche Uebungen. 10 St. Hr. Grashof.

5) Jacobs und Dörings lat. El. 1 Bändchen. p. 40—121. Grammatik; Wiederholung der Formenlehre; Syntax bis §. 227. nach Grotefend. Schriftliche Uebungen. 10 St. Hr. Honigmann.

6) Die Formenlehre nach Grotefend's kleiner Schulgr. und die einfachsten Regeln der Syntax. Schriftliche Uebungen nach Hagemann. Jacobs und Dörings lat. El. 1. Cursus. 10 St. Hr. Grashof.

## III. Deutsche Sprache in 6 Klassen.

1 sup. u. inf.) Lehrgebäude der deutschen Sprache, zweite Hälfte: die Lehre von den Sätzen und Aufsätzen — mit steter Berücksichtigung der allgemeinen und vergleichenden Sprachlehre. — Geschichte der deutschen Sprache und des schönen Schriftenthums der Deutschen in den neuern Zeiträumen, begleitet mit erläuternden Beispielen aus musterhaften Schriftstellern, besonders aus Sebers Sammlung. Uebungen im schriftlichen Ausdruck und mündlichen Vortrag. 3 St. Prof. Budde.

2) Lehrgebäude der deutschen Sprache, vorbereitender Lehrgang. — Kurze Einleitung in das Leben und die Schriften der vorzüglichsten deutschen Schriftsteller, welche auf die Fortbildung der deutschen Sprache einen bedeutenden Einfluss gehabt haben, von Haller bis auf die neueste Zeit, verbunden mit einer Lesung und Erklärung einzelner Musterstücke aus Sebers Sammlung. Uebungen im schriftlichen Ausdruck und mündlichen Vortrag. 3 St. Prof. Budde.

3) Die Lautlehre und Wortlehre der deutschen Sprache, oder die Grundregeln über die Bildung, Eintheilung, Abbiegung und Verbindung der Laute und Buchstaben und der Wörter im Deutschen, verbunden mit einer Erklärung poetischer und vorzüglich prosaischer Musterstücke aus Seber's Sammlung. Wöchentliche Stil- und Redeübungen. 3 St. Dr. Hülstett.

4) Deutsche Sprachlehre nach Heyse's kleinerm Lehrbuche. Etymologische und syntaktische Uebungen, verbunden mit der Erklärung prosaischer und hauptsächlich poetischer Musterstücke. Wöchentliche Uebungen im mündlichen Vortrage und leichtern Aufsätzen. 4 St. Dr. Hülstett.

5) Erklärung der Grammatik, vom Artikel bis zum Zeitwort. Schriftliche Uebungen in der Orthographie und Satzbildung. Lese- und Deklamationsübungen. 6 St. Dr. Durst.

6) Allgemeine Erklärung der Redetheile; Regeln der Orthographie und Satzbildung, verbunden mit schriftlichen Uebungen. Lese- und Gedächtniss-Uebungen. 6 St. Dr. Durst.

IV. Hebräische Sprache in 2 Klassen.

1) Das Buch Ruth, ausgewählte Psalmen. Das 1. Buch Samuelis. Schriftliche Uebungen. 2 St. Prof. Budde.

2) Anfangsgründe der Grammatik nach Gesenius. Lesestücke aus den histor. Büchern des A. T. 2 St. Dr. Crome.

---

## B. Wissenschaften.

I. Mathematischer Unterricht.

1 sup. et inf.) Wintersemester: Wiederholung der ebenen Trigonometrie; Anfangsgründe der sphärischen Trigonometrie. Auflösung der unbestimmten Gleichungen des 1. Grades. Eigenschaften der höhern Gleichungen überhaupt. Anwendung der unbestimmten Gleichungen auf die Lehre von den krummen Linien im Allgemeinen und auf die Kegelschnitte insbesondere. — Statik, Hydrostatik und Aërostatik. — Sommersemester: Anfangsgründe der Combinationslehre. Der binomische Lehrsatz für ganze, gebrochene und negative Exponenten. Die Lehre von den arith. Reihen höherer Ordnungen. Beschluss der

sphärischen Trigonometrie. Die Lehre von der Berechnung der fallenden und steigenden Körper, von der parabolischen Bewegung der schief gegen den Horizont geworfenen Körper. Die Lehre von der Schwungkraft, von der Bewegung der Pendel, sowohl der einfachen als zusammengesetzten, von der allgemeinen Gravitation u. s. w. 7 St. Prof. Brewer.

2) Die Geometrie vollständig, mit Einschluss der Stereometrie und ebenen Trigonometrie, mit Aufgaben zur Uebung im geometrischen Denken zur eigenen Auflösung.
Arithmetik: von den Primzahlen, den gebrochenen und negativen Exponenten, den Logarithmen, und die Auflösung der bestimmten Gleichungen des 1. und 2. Grades. 5 St. Prof. Brewer.

3) Wiederholung der ersten Abschnitte der Anfangsgründe. Ausführliche Darstellung der Lehre von der Vergleichung und Vermessung geradliniger Figuren. Die Lehre vom Kreise. — Arithmetik: Wiederholung der Buchstabenrechnung. Rechnung mit Potenzengrössen. Die Lehre von den Gleichungen, verbunden mit recht vie-

len praktischen Uebungen, und in der Geometrie mit wöchentlichen Aufgaben zur eigenen Lösung zu Hause. 5 St. Dr. Hülstett.

4) Geometrie: Einleitung. Die Lehre von den Winkeln und Parallelen und von der Deckung der Dreiecke. Die Hauptsätze von der Aehnlichkeit, Vergleichung und Vermessung geradliniger Figuren.

Arithmetik: Die Lehre von den gemeinen und zehntheiligen Brüchen und den Proportionen. Ausziehung der Quadrat- und Kubikwurzel in Buchstaben sowohl als Zahlen, verbunden mit vielen Beispielen, und im Sommerhalbjahr mit ganz leichten geometrischen Aufgaben für den häuslichen Fleiss. 5 St. Dr. Hülstett.

5) Arithmetik: Einleitung. Erklärung der verschiedenen Zahlensysteme mit Hervorhebung des Decadischen. Entwickelung det 4 Fundamental-Rechnungsarten und Darlegung ihrer Verschiedenheit. Decimalbrüche, Kettenbrüche und Anwendung derselben. Die Lehre von den Verhältnissen und

6)

Proportionen mit Anwendung aller darauf sich stützenden Rechnungen des gewöhnlichen Lebens — verbunden mit vielen praktischen Uebungen. Geometrische Anschauungslehre: Wiederholung und Fortsetzung derselben. Erklärungen. Zeichnung verschiedener geometrischer Figuren. 5 St. Hr. Honigmann.

6) Arithmetik: Von Zahl und Zahlen überhaupt und deren Schreibart. Die 4 Rechnungsarten in unbenannten und gleichbenannten Zahlen, in gemeinen und Decimalbrüchen, so wie die 4 Rechnungsarten in ungleichbenannten ganzen und gebrochenen Zahlen — verbunden mit vielen praktischen Uebungen. — Geometrische Anschauungslehre: Die einfachsten Anschauungen geometr Gegenstände und deren Zeichnung. 6 St. Hr. Honigmann.

II. Geschichte und Geographie.

1 sup. und inf.) Geschichte der drei letzten Jahrhunderte. 3 St. Dr. Crome.

2) Geschichte der Staaten des Alterthums. 3 St. Dr. Crome.

3) Allgemeine Weltgeschichte. 2 St. Dr. Durst.

Ausführliche Darstellung der drei Erdtheile: Asien, Australien und Amerika, mit steter Hinweisung auf die Kunde der Alten und auf die Entdeckung der Neuern zu Wasser und zu Lande. 2 St. Dr. Hülstett.

4) Deutsche Geschichte. 2 St. Dr. Durst.
   Ausführliche Darstellung der einzelnen Staaten von Europa (mit Ausschluss von Deutschland und Preussen) nebst Africa, mit gelegentlichen Rückblicken auf die alte Geographie. 2 St. Dr. Hülstett.

5) Gedrängte Uebersicht der Länder Europas nach ihren Naturgrenzen, womit eine kurze Erzählung der wichtigsten Begebenheiten aus der Geschichte der Bewohner jedes Landes verbunden wurde. Ausführliche Darstellung der Staaten des deutschen Bundes und vorzüglich des preussischen Staates. 3 St. Dr. Hülstett.

6) Geographische Vorkenntnisse, und kurze Uebersicht der 5 Erdtheile. 2 St. Dr. Durst.

III. Naturwissenschaft und Naturbeschreibung.

1) Angewandte Mathematik. siehe oben.

2) Die Anfangsgründe der Naturlehre nach Kries, wobei zugleich auf die Anwendung der Mathematik auf die Naturlehre vorzüglich Rücksicht genommen wurde. 2 St. Prof. Brewer.

3) Mathematische Geographie. Die Anfangsgründe der Astronomie wurden, so weit es die Fassungskraft der Schüler erlaubte, erklärt, und der Unterricht in den verwandten Abschnitten der Naturlehre daran angeschlossen. 2 St. Prof. Brewer.

4) Uebersicht des ganzen Thierreichs und der Botanik. 1 St. Dr. Durst.

5) Naturgeschichte der Vögel, Fische, Amphibien und Insecten. 2 St. Dr. Durst.

6) Naturgeschichte: Einleitung. Beschreibung der Säugethiere. 2 St. Dr. Durst.

---

## C. Religionslehre.

a) Für die katholischen Schüler.

1) sup. und inf.) Die ganze Glaubens- und Sittenlehre mit Beweisen aus der heil. Schrift und Tradition. — Kurze Uebersicht der Kirchengeschichte. 2 St. Prof. Hagemann.

2) Die Lehre Jesu von den Eigenschaften Gottes, von der eigenen Natur und Würde Jesu, vom heil. Geiste, von der Dreieinigkeit. — Die Geschichte der Apostel und ersten Christen. 2 St. Prof. Hagemann.

3 und 4.) Die Lehre von den Geboten Gottes und der Kirche; von den 7 Sakramenten, den letzten Dingen des Menschen. Die Geschichte Jesu. 2 St. Derselbe.

5 und 6.) Einleitung in den christkatholischen Religionsunterricht. Kenntniss der Eigenschaften Gottes und seines Willens; Geschichte des alten Bundes; Erkenntnissquellen der göttlichen Offenbarung. 2 St. Derselbe.

An jedem Sonntage wurde nach der h. Messe über das Evangelium eine Homilie, oder bei einfallenden Festen und Communiontagen eine dem Gegenstande der Feier angemessene Predigt gehalten von Demselben.

b) Für die evangelischen Schüler.

1 sup. und inf.) Ausführliche Darstellung der Grundlehren der christlichen Religion, erste Hälfte: die Einleitung ~~in~~ und die Glaubenslehre~~n~~. — Geschichte der

Religion, insbesondere der christlichen Religion. — Das Leben Jesu nach den 4 Evangelien. 2 St. Prof. Budde.

2) Ausführliche Einleitung in die heil. Schriften des A. und N. T: stets verbunden mit einer Lesung und Erklärung einzelner Abschnitte und ganzer Bücher der h. Schrift. 2 St. Derselbe.

3. und 4.) Die Grundlehren der christl. Religion; vorbereitender Lehrgang. Die Geschichte der geoffenbarten Religion des A. und N. T. mit steter Benutzung der Bibel. 2 St. Derselbe.

5. und 6.) Biblische Geschichte nach Kohlrausch Geschichten etc. verbunden mit einer Entwickelung der wichtigsten Glaubens- und Pflichtenlehren. 2 St. Derselbe.

---

## D. Fertigkeiten.

Zeichnen in den beiden untern Klassen in 4 St. wöchentlich. Hr. Münzenberg.

Gesanglehre in 4 St. wöchentlich. Hr. Süs.

Schreiben in 5ta unter Aufsicht des Hr. Honigmann; in 6ta im Wintersemester unter Aufsicht des Hr. Süs, im Som-

mersemester, der Hrn. Honigmann und Grashof.

---

Die Prüfung wird nach folgender Ordnung gehalten werden:

Donnerstag den 9. September.

Vormittags von 9 Uhr an.

Erste Klasse, erste Abtheilung.

Griechische Sprache.

Erste Klasse, erste und zweite Abtheilung.

Lateinische Sprache.
Mathematik.
Deutsche Sprache.

Zweite Klasse.

Griechische Sprache.
Geschichte.

Nachmittags von 3 Uhr an

Fünfte Klasse.

Lateinische Sprache.
Deutsche Sprache.
Geschichte und Geographie.

Sechste Klasse.

Lateinische Sprache.
Arithmetik.

Freitags den 10. September.
Vormittags von 9 Uhr an.

Dritte Klasse.
Lateinische Sprache.
Deutsche Sprache.
Mathematik.

Vierte Klasse.
Griechische Sprache.
Geschichte.

Nachmittags von 3 Uhr an
Redeübungen.

1) DAVID KYLLENBERG. Secundaner. Die beiden Boten von Miltitz.
2) CARL DEHN. Quintaner. Der Truthahn und der Zeisig, von H. Niemeyer.
3) W. BUDDE. Quintaner. Das Rothkehlchen, von Krummacher.
4) ED. FROHWEIN. Sextaner. Der Tempel zu Memphis, von Krummacher.
5) WILH. WEILER. Abgehender. Eloquentiae laudes. (Eigene Arbeit.)
6) J. MOSLER. Tertianer. Schwäbische Kunde, von Uhland.
7) FR. EISENLOHR. Quartaner. Die Taube, von Nicolai.

8) Ed. Kühlwetter. Quartaner. Der kleine Töffel, von Lichtwer.

9) P. Degreck. Secundaner. Die Kraniche des Ibycus, von Schiller.

10) V. Schlechter. Quintaner. Der Hänfling, von Lichtwer.

11) G. Hellermann. Sextaner. Palämon und sein Sohn.

12) A. Wolf. Der Philosoph, von St.

13) G. Forstmann. Abgehender. Περὶ τοῦ Σοφοκλέους. (Eigene Arbeit.)

14) M. Graeff. Quartaner. Der Mann und das Vögelein, von Nicolai.

15) R. Jost. Sextaner. Der alte Krieger, von Schmidt.

16) Fr. Hauser. Tertianer. Der Traum des Simonides, von Kind.

17) A. Junge. Sextaner. Der Wegweiser von Pfeffel.

18) Ad. zu Dohna. Quartaner. Die beiden Kaninchen, von Lichtwer.

19) H. von der Leyen. Tertianer. Das Opfer, von Seume.

20) E. Küpper. Quartaner. Der unfruchtbare Baum, von Krummacher.

7)

21) N. Kluth, Primaner, ſpricht über das Glück einer wohldurchlebten Jugend, und nimmt von den Abgehenden im Namen ſeiner Mitſchüler Abſchied. (Eigene Arbeit.)

Gesang.

Entlaſſung der mit dem Zeugniſs der Reife zur Univerſität Abgehenden.

Gesang.